

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 47

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Lib. 46.

Solutum est, §. 1. inst. quib. mod. toll., vel ut ait Struvius h. Est liberatio civilis aut solutio imaginaria, quae fit, quando creditor ad interrogationem debitoris, nun acceptum habeat debitum, responsione sua ei remittit, l. ff. h.

Ceterum acceptilationem hanc quatenus respice a pacto de non petendo differt, ad subtilitates Romanas pertinere omnes hodie fatentur, vid. Bejer. h.

Tit. 5.

De Praetoris Stipulationibus

Usus Praetoriam Stipulationum usus quo, videlicet praetor interponit, vel quae sunt ex edicto ejus hodie parum profunt ait hic Bejer. imo Beckman vult hunc titulum omnino esse conitendun.

N. Hic 3. tituli sunt omissi quos in seq. pagina invenies ~~tit. de ed. h. et de ed. h.~~

Liber 47.

Tit. 1.

De privatis delictis.

Q. 1. Delictum quomodo distinguatur?

R. Aliud est publicum, aliud non publicum. De publico infra agitur. Non publicum est aut privatum, aut populare.

Q. 2. Quod est privatum? R. ad cuius poenam tantum casus agit, non alius; est autem vel ordinarium vel extraordinarium.

Q. 3. Quae species sint ordinarij delicti? R. Furtum, rapina, damnum injuria datum, injuria, pr. inst. de oblig. ex delict.

Q. 4. Quae sint communia in privatis delictis? R. 1. quod casus tantum agant. 2. quod actiones poenales pecuniariae non dentur contra heredes, nisi lite contestata, vel quatenus ad heredes pervenit. Quod non desideretur inscriptio, nisi criminaliter agatur, l. fin. §. h. est autem inscriptio obligatio scripta, qua actor se obli-

Lib. 47.

gat ad crimen obiectu probandu, vel si in pro-
batione defecerit ad poena talionis, id ead eam
poena subeunda, quam rem pati debuisset si
crimen probatu fuisset.

Lib. 49.
131

2. 5. Quid sint delicta extraordinaria? Q. ea, in quibz nulla certa poena
praestituta est, sed petitur pro arbitrio iudicij, et a plerumqz sunt popularia.
De quibus infra 4. 11.

Tit. 2.
De furtis

~~De ha materia agimus l. 1. de set. l. 1. 11.~~
De ha materia agimus inst. C. 4. 7. 1. et adhuc agemus
C. 5. decretal. 4. 18

Tit. 3.
De figno iuncto

2. Quid juris in figno furtivo iuncto? R.
Dominus stante edificio
Datur Domino actio civilis personalis rei persecu-
toria, qua is, qui signum alienum adibz suis
iunxit, convenitur, ut duplum praestet l. 1. ff. h.
Soluta vero edificio habet, Dominus signi iuncti
actione, l. ult. ff. h.

Tit. 4.

Si quis testamento liber esse iussus
fuerit, et post morte Dni, ante
aditam hereditate surripuisse
aut corrupisse quid dicetur.

2. Quid si quis, in testamento liber esse iussus
ante aditam hereditate quid surripuerit? R.
Datur in eum actio utilis in duplu, l. 1. ff. h.

Tit. 5.

Furti adversus nautas, cauponos, Sta-
bularios.

2. Quid si furtum factum sit in navi, caupo-
na, vel stabulo? Q. si per eos, quorum opera
coercentur naves, caupona, stabula tunc datur
actio adversus exeritores in duplum, si per
viatores, potest agi et adversus exeritores in
simplum ad restituendum, quod ablatum est, et
adversz ipso viatores furti in duplum, l. unic. ff.
h. l. 1. 5. 2. l. 2. et 3. ff. naut. Caup. et stab.

.N. Tres sequentes
tituli perti-
nent ad prio-
rem librum

Lib. 47.

Tit. 6.

Rem pupilli vel adolescentis
salvā fore

Q. 1. Quae sit stipulatio pupilli vel ado-
lescentis salvā fore? R. Haec consulitur
pupillis et minoribus ad securitatem per sa-
tisfactionem, l. 1. et 4. ff. h.

Q. 2. Ex quibus causis ex hac agi potest? R.
ex iisdem, quibus tutela, d. l. 4. s. 6.

Q. 3. Quid si plures sint fideiussores? R. Si à tu-
tores plures ei dati sunt fideiussores, non est
distingendus, sed adversus unum ex iis danda
est actio, l. fin. ff. h.

Tit. 7.

judicatum solvi

Q. 1. Quae sit stipulatio judicatum solvi? R.
Definiri potest, quod sit stipulatio praetoria
judicialis, quae assignatis fideiussoribus, cavetur
actori cavetur, ut vel à reo, vel ejus fideiuf-
soribus solvatur, quod judicatum est, l. 1. s. 1.
ff. de stipul. prat.

Q. 2. Quot contineat clausulas. R. 1. de re judica-
ta, per quam praetatur, quantum iudex pronuntia-
vit. l. 6. s. 5. 9. ff. 2. est de re defendenda, ita
ut causa tota in loco donec, et arbitrio boni viri defen-
denda sit, l. 17. ff. h. 3. De dolo malo, ut is absq. du-
rante processu, l. 19. ff. h.

Tit. 8.

Rem rata haberi, et de Rationatione.

Q. 1. Quae sit satisfactio rem rata haberi? R. qua praes-
tatur cum dubitatur de mandato procuratoris, l. 1. c.
de procur. ex qua agitur in id, quod interest, d. l. 19. ff. h.

Tit. 6.

Hic tit. pertinet
ad l. 47.

Lib. 49.

132

Si familia furtum fecisse dicitur

Q. 1. Quid si familia familia, hoc est, omnes
serij turati sint? R. Habet Dominus electionem
utrum velit solvere, quantum soluendum esset, si
si unus furtum commisset, an velit omnes notas
dare, l. 1. ff. h.

Tit. 7.

arborum furtim casarum

Q. 1. Quid si arbores furtim fuerint casae?
R. datur actio in duplum facienda aestimatione
quanti interfit non casis, l. 4. §. fin. et l. 8. ff. h.
et qui arbores, et maxime vites cadunt etiam
siquam latrones puniuntur, l. 2. ff. h.

Videtur huc actio mixta, ita scilicet: ut duplum
non sit mera poena, sed contineat ipsius damni
persecutionem, arg. l. 1. l. 6. l. 9. ff. h. vid. Struv. h.

Q. 2. Contra quem competat talis actio? R.
aduersus eum qui arborem ignorante Domino succi-
dit, vel deglabravit, abstracto scilicet cortice.

Tit. 8.

Vi bonorum raptorum et de turba.

De Rapina hic agitur, de qua dicemus in l. 5.
decret. Tit. 14. De turba vero seu de damno
in turba dato datur actio in duplum, l. 4. ff.

Nota ex Struvio hic, in via seu in itinere
publico vi illata rem auferenti, ^{debetur poena} est capitalis gladij
Ord. Crim. art. 126.
Carol.

Tit. 9.

De incendio, ruina naufragio,
rate nave expugnata.

Q. 1. Qua actio datur in eum, qui ex incendio, ruina,
naufragio, dolo malo damnum intulit? R. actio in-
tra annum in quadruplum, post annum in simplex
l. 1. ff. h.

Q. 2. Quid si orto incendio aedes dissipatae sint? R.
si aedes necessario essent periturae, nulla dabitur actio,
l. 3. §. ult. ff. h.

Lib. 49.

Q. 3. Quid jure novo cautum sit de naufragis? R. Quod tam ipsa navigia, quam navigantium bona integra servari debeant, nisi exierint piraticam pravitatem. Nec fisco datur ex hac re actio, non enim ex aliena calamitate, et re luctuosa compendium factari debet. . . . Caterum de incendiariis, ~~dis~~ pluram C. 5. Decret. l. 14.

Tit. 10

De injuriis et famosis libellis

De hac materia tractabimus in jure Canon. C. 5. l. 36.

Tit. 11

De extraordinariis criminibus

Q. 1. Quae sint crimina extraordinaria? R. ea, quae extra ordinem coercentur, eiusque poena arbitrio iudicis irrogatur, C. 1. ff. h.

Q. 2. Quae sint ea quae in hoc tit. pertractantur? R. 1. si quis sollicitaverit alienas nuptias, licet affectu sceleris non sit potitus. 2. si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, luto oblinierit, aqua spurcaverit, C. 1. §. 1. ff. h. 3. si quis partem abegerit, C. 4. ff. h. 4. si quis sit Dardanarius, foru vniuersum iudicij, hostias et sic annonam vexet, C. 6. pr. ff. h. 45. si quis sit saecularis, fastuosus, qui utilitates in saeculo artes exerceat, C. 9. ff. h. 6. si quis sit directarius, qui in aliena canacula furandi animo seclam immergat, C. 7. hijs acquirantur zonarij, qui in turba hominum oculos faciant.

Tit. 12

De sepulchro violato

Q. 1. sit ne aliud extraordinarium crimen? R. violatio sepulchri, quae fit, cum reliquijs, vel ossa ex-

habentur, vel ~~corp~~ corp mutilatur et membra
eius vel partu in rem pessimā adhibentur, itē
cum sepulchra destruantur, aut vestes ac similia in eis recondita
ab eis auferuntur. l. 4. C. h. Lib. 47. 133

Q. 2. Quae sit poena huius criminis? R. est vel
civilis, quae datur agenti, et quidem primò ei, cui
ius interest, deinde si ille non agat, cuius est po-
pulo ad 100 aureos, l. 3. ff. h. vid. etiā l. 4. C. h.
vel est criminalis, quae est capitis in illos, qui ar-
mata manu cadavera solvant. d. l. 3. §. 7. ff. h.
alia dicitur poena in l. 3. 4. C. h.

Tit. 13.

De concussione

Q. 1. Quid sit concussio? R. est injectus ter-
ror pecuniae seu alterius rei extorquenda cau-
sa.

Q. 2. Quot modis perpetratur? R. sequentibus.
1. si quis simulato magistratus imperio pe-
cuniam extorquet. 2. si metator imperat
hospitium pro iis, qui in numero militum non
sunt. 3. si quis privatus imperator praetextu
adventus officialium, vel militum subditos
vehet, aliquid extorquet. 4. si quis accusa-
tionem vel testimonii dictionem alicui com-
minatur. 5. si quis in officio constitutus
alicui privato conditionem alicuius rei per
terrorem extorquet, l. per. ff. de his, quae vi-
meturve caus.

Q. 3. Quae sit poena huius criminis? R. est
extraordinaria, l. 1. ff. h.

Tit. 14.

De abigeis.

Q. 1. Quid sit crimen abigeatus? R. cri-
men hoc committit, qui pecora ex pascuis vel ex

armentis subtrahit, depraedatur, et hoc studium quasi artem exerret. Caterum si quis bovem errantem, vel equum in solitudine relictum quis abduxerit, fur magis quam abigeus dicitur, l. 1. §. 1. ff.

Caterum Nota ex l. 3. ff. h. si quis decem oves porcos quinque vel quatuor abegerit crimen abigeatus committit, si vero pauciores furtum. Equum tamen unum vel bovem si quis abegerit, iam reus fit abigeatu.

Q. 2. qua sit poena abigeorum? R. quid quid sit antiquitus statutum, hodie tamen est poena Caput, unde furtum et abigeatus, vix in aliis, quam in obiecto distant.

Tit 15

De pravaricatione

Q. 1. Quid hic intelligatur per pravaricationem?

R. crimen extraordinarium, quod collusionem accusatoris, ut reus absolvatur, committitur, est enim pravaricator specialissimi sumptus is, qui subornatus vera crimina abscondit, et ea dolose supponit.

Q. 2. Quotplex sit hoc crimen? R. duplex publicum et privatum l. 3. ff. h. Publicum committitur, quando quis in iudicio publico accusando ex animo non egit. Privatum, vero fit, quando quis accusatorem criminis extraordinarii domavit adversario, l. 1. l. 3. ff. h.

Q. 3. Qua sit poena huius criminis? R. Pravaricator in publico iudicio afficitur eadem poena, quam reus afficeretur, si per pravaricationem non fuisset absolutus, l. per ff. h. et fit etiam infamis, l. 4. ff. h. Pravaricator vero in privato iudicio non incurrit infamiam sed extra ordinem punitur, l. si quis ff. h. l. 4. §. per ff. de his qui not infam.

2. 4. Quid dicendum de advocatis? Q. Ad
vocati siue in publico siue in privato prodiderint
causam, seu prouenerint fuerint, non includunt in cri-
men iudicii publici, sed extraordinarium, l. 1. §. 1.
l. 3. §. 2. ff. h.

134
Lib. 47.

Tit. 16.

De receptatoribus

2. 1. Quid sit receptio, vel receptatio? Q.
est crimen extraordinarium, quo quis facinorosos
siue eos abscondendi causa in sua vel aliena
domo refugium praestant. 7 latronibus
et alijs

2. 2. Quae poena tales sunt afficiendi? Q. eade
quae feneratoribus ipsis l. 1. ff. nisi sint affines
vel cognati, cum quibus mitius est agendum
licet non sint absoluedi, l. 2. ff. h.

Tit. 17.

De furtibus balnearis

Furtum nocturnum et balnearium committitur,
quando in balneo vestimenta lavantibus
subtrahuntur, et huiusmodi fures extra
ordinem puniuntur, l. 1. ff. h. Hodie illa
poena obtinet, quae in furtis.

Tit. 18.

De effractionibus et exillationibus.

2. 1. Quando comitatur effractio, vel exillatio? Q.
Cum quis effregit carcerem, domum, aut ostium, l. 53.
ff. de furtis. Item arcam, armarium, vel ferramenta
ad hoc accommodant, l. 54. §. per ff. de furtis.

2. 2. Quae sit poena eorum, qui effregerunt carcerem.
Q. est arbitraria, pro modo delicti, l. 1. ff. h. 7

7 Hodie grauior
quam fustigationis
poena vix datur.

2. 3. Quid si per negligentiam custodum carcerati
evaserint? Q. si custodes lenius sunt puniendi.
Insuper custodes in fustigationem vel per-
petua relegationem subduntur. Licet autem innocentes
Ceterum sint, tamen effringentes placendi sunt, l. 13. de custod. reor.

Lib. 47.

Pro altero huius rubricae membro nota quod
expilatores ad fures atrociores reducuntur
sicut ii, qui villas, aedificia, horrea aliena per-
fringunt, spoliantque penitus, l. 1. §. 1. ff. h.

Tit. 19

Expilata hereditatis?

Q. 1. Quando crimen ^{hoc} committatur? R. Cum quis ja-
centem hereditatem, antequam heres adierit, et ejus
possessionem receperit, expilat, cuius poena est
extraordinaria, l. 1. C. 2. §. 1. ff. h.

Q. 2. Deturne accusatio ex hoc crimine adversus
omnes? R. Non datur adversus uxorem, quia nec
peccati furti actio adversus eam agitur, l. pen. ff. h.
Sed si ipsa possideat conveniatur in rem actione
l. 4. C. h. Nec datur adversus coharentem, cui
hereditaria aera claves sunt traditae, sed ad
exhibendum agatur, l. 1. C. h.

Q. 3. possitne heres aliam instituere actionem?
R. potest et vindicationem, l. 3. ff. h. si tamen
hoc iudicio agere nolit.

Tit. 20

Stellionatus

Q. 1. Quid sit crimen stellionatus? R. Nihil
aliud est, quam delictum extraordinarium, in nomi-
natum, quod quis dolo, dissimulatione aut alio
illicito modo turpi modo in alterius praesidium
committit. ut v. g. si quis forte rem alii obligatam
dissimulata obligatione per calliditatem alii vindicare
rit. Item si quis merces supposuerit, et per genera-
liter dixerim, si deficiente nomine criminis, hoc crimen
locum habet. l. 3. §. 1. ff. h.

7 vel pignori
dedit l. 36
de pign. action.

Q. 2. Quae sit poena? R. est extraordinaria l. 3.
§. 2. ff. h., quae, certari potest, si debitum offeratur,
et ante litem solutio fiat, l. 1. C. h.

Tit. 21

De termino moto

Q. d. Quid sit motio termini? R. Est ea quando quis terminos finium causa positos, dolose propulit, avulsi, & eiecit, cuius duplex est poena, nempe criminalis, de qua in leg. pen. §. 1. et pecuniaria de qua in d. l. ult. pr. ff. h.

135
L. 6. 47.

Q. 2. ad quem pertineat pecuniaria poena? R. ad agentem, verba enim erim in publico in d. l. 3. pr. sic sunt accipienda quod non sibi solvatur, sed in publico hoc est, illi, qui ex populo agit, vid. sicutan. h. in examine in h. l.

Tit. 23.
De popularibus actionibus

Q. 1. Quae sint actiones populares?

Tit. 22.
De collegiis et corporibus

Q. 1. Quae sint adhuc crimina extraordinaria? R. 1. Collegium illicitum, h. e. abq. superiori permissu et auctoritate inire l. 2. l. 3. §. 1. ff. h. nam ex his factiones, seditiones, tumultus per quos Republica turbatur, exari solent. Unde qui talia collegia, vel corpora illicita usurpaverint, tenentur poena, qua is, qui armatis hominibus loca publica vel templa occupasse fuerit iudicatus l. 2. ff. h.

Q. 2. De Criminibus extraordinariis auferatur infantis expositio l. d. C. de inf. exposit. Jure Carolino hoc delictum arbitrate & punitur si infans vivus fuerit, poena ultimum supplicium art. 172

3. Crimina extraordinaria reducuntur improbitate mendicantibus, quibus fingentes vagantur sollicitatione corporis, & peritatem ab alijs petunt. aut aliud infortunium, Tales autem investigatione peritatem mercantibus, relegationem, & poena est ex delicto crimine falsi et furti

Lib. 47.

Tit. 23
De popularibus actionibus
2.1. Qua sint actiones populares? R. Qua
cuius de populo dantur ad jus populi tuen-
dum, et poenam exsolvendam, arg. l. 1. ff. h.

2.2. Quis ordo in his servetur? R. Prae-
fertur is, cuius interest, l. 3. s. ult. ff. h. licet
sit pupillus vel mulier, l. 6. ff. h. Deinde
quilibet admittitur, modo postulare non pro-
hibeatur, l. 4. ff. h. Et si plures agant, Praetor
eligit magis idoneum, l. 2. ff.

2.3. Num detur contra heredes? R. Heredi-
bus quidem eorum, quorum interest, sed non
in heredes, nec post annum competunt, qui
sunt pratoria

2.4. Ad quem pertineat poena huius rei praes-
tituta? R. ad actorem, nisi speciatim aliud
in lege sit dispositum.

Lib. 48.

Lib. 48.

Tit. 1.
De publicis judiciis

De hoc tit. diximus l. 4. inst. t. 18.

Tit. 2.

De accusationibus et inscriptionibus
Huius titulum prosecuti sumus in l. 5. de set.
tit. 1.

Tit. 3.

De custodia et exhibitione reorum

2.1. Quid incumbat iudici faciendum, accusatione ins-
tituta contra reum. R. Determinabit, utrum reus
carceri sit committendus, an militibus, vel fidei-
juriis, l. 1. ff. h. Si carceri mancipandus, ^{puta} non ob
delictum, cui alias poena corporis afflictiva debetur
tunc reum quamprimum audiat et accusationem
brevissimo tempore terminabit.